



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Orandi Consilium. 14

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

beri: Quod ex ijs, quæ narrare iam nunc ingredior, palam fiet.

XIV. Orandi Consilium.

INitium narrationis mihi erit ratio studiumque orandi: à quo ille principio, ut ego accepi feliciter exorsus breui mirificos, ad reliquas virtutum progressus fecit. Etenim cum in ceteris Seminarij bonis, etiam hoc suppetere sibi commodum sensisset, ut agendi cum viris Religiosis, colloquendique copiam, quantam vellet domi quotidie haberet; non est passus elabi de manibus occasionem; sed captato quam primum congressu, alia cepit ex alijs prudenter quæritare, ac sensim eo deoluere orationem, ut ferio percontaretur, quænam præcipue via ducere adolescen-

tem rectà ad perfectionis adyta
 posset ? Cùm responsum haud
 absurdè fuisset, compendiarium
 videri eam, quæ precibus creber-
 rimis inst. rñeretur : id ipse con-
 silium gestiens, oraculi vicem,
 accepit: & exinde firmum fixū-
 que animo fuit, operum quan-
 tam maximam porro posset,
 quotidie precibus nauare. Eaque
 propter, cùm ex veteri instituto
 diurnus illi labor, septem pæni-
 tentium psalmi fuissent; cumq;
 stas Virgini preces velut ex of-
 ficio; constanter soluisset; hoc
 illis recens auctarium adiecit, uti
 & senas Partheniæ coronæ de-
 cadas, & plures hoc genus pre-
 candi formas attentè, pièq; pro-
 nuntiaret: utque negotio nulli
 prius manum adnoueret, quàm
 de genibus Deo supplicasset: neu
 domo

VBALDINI. 35

domo denique aut cubiculo pedem foras efferret, nisi sui custodiam (qua tum egere se cum primis sciebat) per idoneas preces caelitibus commendasset.

XV. Precandi studium.

EXigunt Seminarij leges, ut adolescentes, aequè cum cubitu surrexere, ac Vespere cubitum concessuri, partem horæ, aut gratijs Deo soluendis, aut deprecandis noxijs impendant: & praecunte cubiculi praefecto, conceptas preces unà omnes clarè pronuntient. Antonius cetera, cum leges iuberent, nusquam postremus; hinc se etiam ipso prior, excitatiorq; tempus occupare; & in loco semper submissis genibus, dum alij super alios venirent, praestolari; ità quidem